



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Emblema III. tabulæ ad sinistram. De adorationis S. Crucis in die Parasceues institutione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38397

Domine misericordia tua præueniat nos, subsequatur nos omnibus diebus vitæ nostræ.

Esto nobis domine turris fortitudinis.

A facie inimici.

Nihil proficiat inimicus in nobis.

Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

Oremus pro fratribus nostris absentibus.

Saluos fac seruos tuos, Deus meus sperantes in te.

Mitte eis Domine auxilium de Sancto.

Et de syon tuere nos.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Hucusque ex libro illo manuscripto Longobardico descriptis Orationes vero quæ sequebantur, quia multa erant & longæ, imprebant enim ad XVIII. paginas, minime descriptis; cuius negligentia postea me pœnituit, eo quod pulcherrimæ essent, & præcipue temporibus his nostris usitate. Irreperunt autem his in Litanijssima mina, sanctorum, scilicet, Gregorii, Isidori, & Columbani. Et certè quod ad Dom. Gregorium attinet, certum est ipsum nequam nomen suum apposuisse; cum sanctum adhuc uiuentem appellare fas non esset, nec Isidori, & Columbani, cum post centis annis aliquot obierint: Dicendum est igitur illa ex deuotione potius scriptoris apposita; Sicut & illa particula. *Ut congregatiua nostram in sancta religione conseruare digneris*, quam pro rationabilius temporis quo hæc scribebat inseruit. Nomen Iulianus, eo modo, quo scriptum erat, reliquimus.

Emblema III. Tabulæ ad sinistram.

De adorationis sanctæ Crucis in die Parasæus institutione.

iuxta illud,

Adorate Dominum in aula sancta eius. Psal. 95.

TERTIO loco in homine, ante Crucem genuflexo representatur actio illa fidelium Christianorum, Ligurum Crucis in die sancto Parasæus odorantium. Cum enim Num. 21. non sit aliud signum, per quod nos oporteat saluos fieri, cum

abreptu, & impressione, Liberamur à malis, sanamur à languoribus, & uiuificamur intus: rectè S. Gregorius huiusmodi admirabili signi Adorationem, nudis pedibus feria sexta in Passione instituit, cum ut istorum bonorum nos redderet participes, tum maxime ut acerbissimæ Passionis dilecti nostri memoria, quasi quidam uirgæ fasciculus, inter ubera nostra commoretur. *Antoni par. Cant. 1. tit. 12. c. 3. Genebraydus, & alij.* Quo ritu quantum Ecclesie Dei adiumentum accreuerit, quantum bonis deuotionis, malis, uero, Iudæis præcipue inimicis Crucis Christi confusionis quantum peperit: hi sciunt qui huius uiuifici signi deuotione tenentur.

Emblema III. Tabulæ ad sinistram.

De stationum institutione.

*Congregauit, enim populos, & fecit stare in
Stationibus suis.*

2. Esdra 13.



EPRÆSENTATUR deinde quidam Homo, ante Aram, iunctis manibus, orans; cuius actionis typus, sunt stationes Urbis Romæ à Sancto Gregorio ordinatæ. Cum enim Romani Pontifices, statis quibusdam diebus festis præcipueque in Quadragesima, ad diuersas Urbis Romæ Ecclesias accederent, ubi sermone, vel concione ad populum adstantem habita, & oratione ad Deum facta, diuina mysteria postea cum Clero, & Populo Romano celebrantes, participarent, huiusmodi eo quod stando fieret, Statio, appellatus est. Quamuis autem Sanctus Gregorius primus non fuerit, qui hos stationum dies ordinauerit, eorum tamen qui eos de thesauro Indulgentiæ decorarint, proprio uocabulo appellarint.

PPP 2 ac